

1165

P A T R I S T I C I

1166

lis. decius caesar. et ualerianus praefectus praetorio iusserunt sibi fixtum episcopum cum clero suo presentare. Sunt potius Acta Sixti et Laurentii connexa. Apud Mombritium extant T. II. sed prolixiore ingressu. Apud Bollandianos, quae Sixti sunt, leguntur T. II. Aug. p. 140. quae Laurentii, p. 518. Surius non habet.

XLVII. fol. 165. Incipit Passio Sancti Clementis Episcopi Urbis Romae Sub die. VIII. Kl. decembris. Initium: Tertius romane ecclesiae praefuit episcopus clemens qui disciplinam apostoli petri secutus ita morum ornamentis pollebat &c. Abruptum est Exemplum ad ea verba: Tunc imperator traianus rescribit debere clementem episcopum aut sacrificiis consentire — —. Integrum extat Mombritii T. I. abest a Surio.

XLVIII. fol. 170. In nomine Sanctae et unice Trinitatis. Incipit Gesta Sanctorum Martyrum. Mauricii exuperii Candedi et Victoris Cum Sex Milibus. Sexcentis ac Sexaginta Sex. Initium: Temporibus Dioclitiani Quondam Romane reipublice principis. Cum ad imperium totius orbis fuisset electus. Omnesque prouintias turbari quarundam praesumptione prospiceret &c. Pariter abruptum Opus in his verbis: quidam eis aurifex; quem adhuc gentilem esse — —. Apud Mombritium non inuenio; habet tamen Surius, habent et Bollandiani T. VI. Septembr. p. 345. qui Gesta interpolata vocant, atque a

se cum pluribus Mss. collata testantur.

Indiculus praemissus fidem facit, praestanti huic et Antiquitatis sacrae Studiosis nequaquam negligendo Codici praeter Recensita inuisse: Sermonem in Natali S. Mauricii sociorumque eius, et Passionem S. Dionysii sociorumque eius.

CCXCIX. VII. E. 5.

Codex membraneus lat. Sec. 3^{as}

XIII. Folior. nunc 80. f. per duas columnas nitide exaratus, rubricisque distinctus constat Homiliario, seu Collectione Sermonum a Dominica I. Adventus, quae, ut videtur, olim saltem usque ad Pascha pertigerit, nunc vero mutila est, Sermonibus LXVI. definita, quorum Thematata et Autores enarrabimus: 1. e

Fol. 1. In Aduentu Domini Sermo Maximi Episcopi. Incipit: Igitur quoniam post tempus ieiunii &c. Ab alio videtur adpositum hoc initium. Ceterum est Homilia I. Maximi Taurin. in Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 3.

Fol. eod. p. 2. Eodem die Sermo Augustini Episcopi. Incipit: Satis habundeque dixisse me credo &c. Finit: Bonum elemosine mandatum est. per quod manibus operamur. corde mundamur. Prestante domino nostro &c. Non inueni in Augustino, sed legitur in edit. Maur. Ambrosii T. II. append. col. 392.

Fol. 2. Eodem die sermo Leonis pape. Incipit: Dominus noster

*ster ascendens ad mortem &c. Fini-
nit: Qui omnes redemit. et pre-
ciosi sui sanguinis effusione salua-
uit. Qui cum patre &c. Non
est in Opp. Leonis edit. Lugd.
1700. f.*

*Fol. 3. p. 2. Dominica secun-
da Sermo Augustini episcopi. In-
cipit: Superiore dominica capitu-
lum evangelicum differentes &c.
Inter Maximi Homilias II. Bibl.
PP. suprac. p. 3.*

*Fol. 4. p. 2. Eodem die Ser-
mo Maximi episcopi. Incipit: Ap-
propinquante jam sacratissima sol-
lemnitate &c. T. V. Opp. Au-
gustini edit. Maur. append. col.
209. Caesario Arelat. restituitur.*

*Fol. 5. p. 2. Dominica tertia
sermo Augustini. Incipit: Qui
sunt in illa nocte duo in lecto &c.
Maximo tribuitur ab Alcuino in
Homiliario edit. Colon. 1539. p.
9. f.*

*Fol. 6. Eodem die Sermo leo-
nis pape. Incipit: Cum de aduen-
tu regni &c. In edit. cit. Sermo
XVIII. de Jejunio decimi men-
sis. p. 67.*

*Fol. 6. p. 2. Dominica quarta
sermo Johannis. Incipit: Leticia
quanta sit quantusque concursus
&c. Sub nomine Maximi legitur
Bibl. PP. T. cit. p. 4. et in Al-
cuini Homiliario cit. p. 25.*

*Fol. 7. p. 2. Eodem die ser-
mo Augustini episcopi. Incipit:
Legimus sanctum Moysen populo
dei &c. Inter Augustino supposi-
tos T. V. append. col. 400. in-
scriptus de Mysterio trinitatis et
incarnationis.*

*Fol. 8. p. 2. Feria secunda
sermo leonis pape. Incipit: Presi-
dia dilectissimi sanctificandis men-
tibus nostris &c. In edit. cit. Ser-
mo XVII. p. 66.*

*Fol. 9. p. 2. Feria Tercia
sermo Maximi episcopi. Incipit:
Si fideliter dilectissimi atque sa-
pienter &c. Est Leonis, legitur-
que in edit. cit. p. 60. ut Sermo
I. de jejunio decimi mensis.*

*Fol. 10. p. 2. Feria Quinta
Sermo Augustini episcopi. Incipit:
Uos inquam conuenio o iudei &c.
Fragmentum longioris Sermonis
inter reiectos T. VIII. app. col.
15. de quo dixi alibi.*

*Fol. 12. p. 2. In natiuitate
domini Sermo leonis Pape. In-
cipit: Natalis domini dies ea de
causa a patribus &c. In Homilia-
rio Alcuini edit. cit. p. 37. Isido-
ro inscribitur.*

*Fol. eod. ibid. Eodem die Ser-
mo leonis pape. Incipit: Saluator
noster dilectissimi hodie natus est
&c. In edit. Sermo XX. p. 70.*

*Fol. 13. p. 2. Eodem die Ser-
mo leonis pape. Incipit: Exulte-
mus in domino dilectissimi et spiri-
tuali iocunditate &c. Ibid. Sermo
XXI. p. 71.*

*Fol. 14. p. 2. De sancto Ste-
phano Sermo Maximi episcopi. In-
cipit: Lectio Actuum apostolorum
que nobis hodie lecta est &c. Bibl.
PP. T. VI. p. 30. et inter re-
iectos Augustini praemisso alio
Exordio T. V. append. col. 350.
ubi praevium Monitum lege.*

*Fol. 15. p. 2. De sancto Jo-
hanne apostolo et evangelista. In-
cipit:*

cipit: *Post hec assumpsit ihesus Petrum &c. Illud vero querendum est quare petrus &c.* Autorem Sermonis hujus, perinde ut Librarius, ignoro. Definit ille in commentitia quaedam *Johannis prodigia, ut: Mutauit in aurum siluestres frondium uirgas, atque litoris saxa in gemmas.* Similia de Ejus sepulchro.

Fol. 17. *De Innocentibus Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Hodie fratres karissimi natalem illorum infantium colimus &c.* Extat T. V. append. col. 363. ex variis confarcinatus.

Fol. 18. p. 2. *Infra octauam natiuitatis domini Sermo Eusebii presbiteri.* Incipit: *Audiuimus prophetam de natiuitate domini saluatoris sub profunda misteriorum obscuritate &c.* Est *Homilia I. Eusebii Gallicani Episcopi in Natiuitate Domini. Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 619.*

Fol. 19. p. 2. *Infra octauam Dominica Sermo leonis.* Incipit: *Quamuis dilectissimi ineffabilis sit natiuitas domini nostri ihesu christi &c.* Est in edit. cit. p. 77. *Sermo XXIV.*

Fol. 21. p. 2. *Eodem die Sermo.* Incipit: *Omni bus dilectissimi atque temporibus &c.* Non adjecit nomen *Leonis* librarius, cujus est *Sermo XXV.* p. 79.

Fol. 23. *Alius Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Filius dei idemque filius hominis dominus noster &c.* Inter genuinos *Augustini* T. V. col. 900. *In Natali Domini XII.*

Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

Fol. 23. p. 2. *Item alius Sermo.* Incipit: *Oportet nos fratres karissimi gaudere et exultare et in unum conuenire &c.* Sermonis hujus autorem me ignorare jam alibi fassus sum.

Fol. 24. p. 2. *Sermo Maximi episcopi.* Incipit: *Dominice Natiuitatis sacramentum quanta sit deuotione &c.* Non inuenio inter Sermones *Maximi.* Ultima sunt: *ubi sine fine eum glorificemus qui pro nobis hodie cum patre &c.*

Fol. 25. *Alius Sermo.* Incipit: *De eterno dei verbo dignum aliquid dicere &c.* Finit: *ut ad eum de quo loquimur pertingamus ihesum christum &c.* Autor mihi ignotus.

Fol. eod. p. 2. *Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Dominus noster ihesus christus fratres karissimi qui in eternum &c.* E variis *Augustini* locis confarcinatus legitur T. V. append. col. 230.

Fol. 28. *Item Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Natiuitatem domini nostri ihesu christi secundum carnem ita euangelista apertissime demonstrans &c.* Inter *Spurios* T. V. append. col. 226.

Fol. eod. p. 2. *Sermo leonis pape.* Incipit: *Laudem domini locuturos mecum. eius domini &c.* Rescribe: *Laudem domini loquetur os meum &c.* *Genuinus Augustini* T. V. col. 886.

Fol. 29. p. 2. *Alius Sermo.* Incipit: *Filium dei sicuti est apud patrem equalis illi et coeternus &c.* *Genuinus Augustini* T. V. col. 888.

Fol. 30. p. 2. *In Octaua sermo Maximi episcopi.* Incipit:

E e e e

Quam-

Quamquam non dubitem uos karissimi per paternam sollicitudinem &c. Extat Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 8. praenotatus: In Circumcisione Domini sive de calendis Januarii increpatio.

Fol. 31. p. 2. Vnde Supra. Incipit: Quod mortuus est christus peccato mortuus est &c. Finit: facti estis prope in sanguine christi. Per dominum nostrum &c. Agit Autor de Circumcisione Domini, estque Ambrosius mixtus Hieronymo in Lucam.

Fol. 33. Item vnde supra Sermo Augustini Episcopi. Incipit: Postquam consummati sunt &c. Quid est autem hoc quod octauo die circumciditur puer &c. Finit: in quo numero inueniri atque deputari optamus et obsecramus. Prestante &c. Non inuenio in Augustino.

Fol. 35. In octaua S. stephani. Initium: Iesus filius naue in heremo pugnabat et moyses orabat &c. Legitur Augustini T. V. col. 1482. dubius tamen.

Fol. 36. Alius Sermo. Incipit: Inter purpureos martirum choros. quos nazareus sanguis infecit &c. Finit: fundamus orationem nostram ad dominum qui uiuit &c. Non inueni Autorem.

Fol. 37. In octaua Innocentium Sermo Iohannis episcopi. Incipit: Dedicatur nouus ab infantibus sermo. sanctis laudibus christi &c. Job. Chrysostomo inscribitur etiam in Homiliar. Alcuini edit. suprac. p. 59.

Fol. 38. Sermo augustini episcopi. Incipit: Credimus in iudeis

quia notus in iudea deus &c. Spurius et ex variis coaptatus legitur T. V. append. col. 362. Legendum: Credimus Iudaeis.

Fol. eod. p. 2. Item Sermo Augustini Episcopi. Incipit: Quocienscunque fratres sanctorum martirum festa celebramus &c. Spurius T. V. append. col. 365.

Fol. 39. In epiphania domini Sermo Leonis pape. Incipit: Celebrato proxime die &c. et est Opp. suprac. T. I. Sermo I. p. 88.

Fol. 40. Sermo leonis pape. Incipit: Gaudete in Domino dilectissimi &c. Ibid. Sermo 2. p. 89.

Fol. 41. Sermo leonis pape. Incipit: In hac dilectissimi celebritate &c. Non est Leonis, sed Maximi, et legitur T. VI. Bibl. PP. p. 8.

Fol. 42. p. 2. Priuatis diebus sermo leonis pape. Incipit: Exultandum nobis est fratres karissimi quod uotis nostris &c. Inter Ambrosii reiectos edit. Maur. T. II. append. col. 400.

Fol. 43. Sermo leonis pape. Incipit: Quamuis sciam dilectissimi &c. Est T. I. p. 90. Sermo XXXII. de Epiphania III.

Fol. 44. p. 2. Dominica infra Octauam Epiphaniae sermo fulgentii episcopi. Incipit: Nostis fratres karissimi quia dies iste qui a nobis in honorem &c. Extat Opp. edit. Venet. 1742. p. 253. f.

Fol. 46. p. 2. Sermo leonis pape. Incipit: Nuper celebrauimus diem quo ex iudeis &c. Genuinus Augustini T. V. col. 908.

Fol.

1173

P A T R I S T I C I

1174

Fol. 47. p. 2. *Alius sermo.* Incipit: *Intelligere possumus fratres karissimi quantam gratiam &c.* Inter suppositos *Augustino T. V. append. col. 242.*

Fol. 48. p. 2. *feria IIII.* *Sermo leonis pape.* Incipit: *Iustum et rationabile dilectissimi &c.* Extat T. I. *Sermo XXXIII. in Epiphania IV. p. 92.*

Fol. 50. *Alius Sermo.* Incipit: *Hodiernam festiuitatem dilectissimi apparitio dei et saluatoris nostri &c.* Ad eundem *Leonem* pertinet, estque T. I. p. 94. *Sermo XXXIV. in Epiphania V.*

Fol. 51. p. 2. *In octaua epiphania Sermo Maximi episcopi.* Incipit: *Licet fratres dilectissimi de sollempnitate diei huius veterum sit diuersa traditio &c.* Extat in *Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 12.*

Fol. 52. p. 2. *Vnde supra.* Incipit: *Redemptionis nostre auctor eternus. omnipotens dominus &c.* *Maximi* est, habeturque *Bibl. PP. cit. p. 13.*

Fol. 53. *In conuersione S. Pauli Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Uerba apostoli audiuius. immo per apostolum uerba christi &c.* T. V. col. 1129. genuinus.

Fol. 54. p. 2. *In purificatione sancte Marie virginis.* Incipit: *Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium &c.* In *Alcuini Homiliario* extat sub *Augustini* nomine edit. *supracit. p. 385.*

Fol. 57. *Sermo Augustini episcopi de Purificatione.* Incipit: *Ait igitur fratres karissimi sancta*

et magna synodus ipsum qui ex patre naturaliter natus est &c. Agitur toto hoc Fragmento de *Verbi Divinitate* et *Incarnatione.* Non reperi in *Augustino*, nec illius esse potest; ait enim *Auctor:* *Sanctos Patres non dubitasse sanctam virginem dicere Theotokon.*

Fol. 59. *In cathedra sancti Petri apostoli.* Incipit: *Gaudeo dilectissimi de religioso uestre deuotionis affectu &c.* Est *Leonis Sermo III. in anniversario die ejusdem assumptionis.* Opp. T. I. p. 52.

Fol. 60. *Item de cathedra Sermo Maximi episcopi.* Incipit: *Institutio sollempnitatis hodiernae &c.* Non habetur inter hujus *Sermones* in *Bibl. PP. cit. T. VI.* sed inter *Augustino* suppositos T. V. *append. col. 318.*

Fol. eod. *Alius Sermo.* Incipit: *Quamuis sollempnitatis festiuitas hodiernae &c.* Sequitur praecedentem in *Augustini T. V. append. col. 319.*

Fol. eod. p. 2. *Alius Sermo.* Incipit: *Noctis fratres karissimi beatissimum Petrum in saluatoris passione &c.* Inter reiectitios *Augustini*, ut prior, *append. col. ead.*

Fol. 61. p. 2. *De sancto Matthea Apostolo Sermo.* Incipit: *Inclitum et gloriosam festiuitatem beati Matthei apostoli domini nostri ihesu christi &c.* Finit: *quanto mirabilius inter apostolos illum electum esse comperimus. Autoris mihi ignoti.*

Fol. 62. p. 2. *De Sancto Matthea Sermo Maximi episcopi.* Incipit:

cipit: *Heret sensibus vestris fratres id quod descripsimus beatos confessores &c.* Finit: *Vnde uos omnipotens deus emundatos liberet qui uiuit &c.* Non inueni inter Sermones Maximi.

Fol. 63. *Alius Sermo.* Incipit: *Cum preclara beati Matthei apostoli festiuitas per annui cursus reuolutionem se representat &c.* Finit: *qui mirabilia in sanctis suis operatur ihesus christus dominus noster qui cum patre &c.* Et huius Sermonis Autorem me ignorare fateor.

Fol. 64. p. 2. *In Annuntiatione S. Marie Sermo Ambrosii.* Incipit: *Descendens angelus de celo missus a patre deo &c.* Inter Augustini supposititios T. V. append. col. 322. sed hic capite truncatus, quod ibi incipit: *Adest nobis dilectissimi optatus dies &c.*

Fol. 65. p. 2. Abhinc jam nullus Sermonibus titulus praefixus est. Itaque supplendus. *Sermo alter de Annuntiatione.* Incipit: *Castissimum Marie uirginis uterum. sponse clausum uentris cubiculum &c.* Inter spurios Augustini T. V. app. col. 324.

Fol. 67. p. 2. *Dominica in Septuagesima.* Ita inscribitur in Alcuini Homiliario cit. p. 99. et Johanni Chrysostomo tribuitur titulo: *Quomodo primus homo toti sit praelatus creaturae.* Incipit: *Dignitas humane originis facile agnoscitur &c.*

Fol. 69. *Dominica in Sexagesima.* Ita rursus in Homiliario cit. p. 102. *Sermo beati Johannis Chrysostomi de lapsu primi homi-*

nis. Incipit: *Nemo (est) qui nesciat a principio hominem sic a deo plasmatum &c.*

Fol. 70. *Dominica in Quinquagesima.* Pariter in cit. Homiliario p. 109. *Sermo beati Johannis Chrysostomi de fide Abraham et de immolatione Isaac.* Incipit: *Fides est religionis sanctissime fundamentum &c.*

Fol. 71. p. 2. *Sermo de Quadragesima,* qui est Leonis XXXIX. T. I. p. 101. Incipit: *Licet nobis dilectissimi appropinquante &c.*

Fol. 72. p. 2. *Sermo alius de Quadragesima,* qui est Leonis XL. p. 103. Incipit: *Semper quidem nos dilectissimi sapienter et iuste &c.* Atque in hoc abrumpitur Collectio ista, cuius nullum fortasse Sermonem destituiffemus ἀναρτυρον, si perquisitioni ultra, quam operae pretium fuisset, insistere libuisset. Illud occasione Recensus huius non semel optare subiit, ut, cum aliquando Breviario Rom. lima adhibebitur, habeatur ratio tot Homiliarum, quae ibi Autoribus tribuuntur, a quibus illas sanioris Critices leges non jam heri abjudicauere.

Octo ultima Codicis Folia Sermones quidam Sec. XIV. scripti occupant, puta in Psal. *Domine in furore tuo arguas me &c.* De Apostolis Philippo et Jacobo. In Rogationibus. De Spiritu S. et VII. donis. De impedimentis et effectibus Praedicationis. In ramis Palmarum. In Paschate. In Caena Domini, quorum Titulos indicasse sufficiat. Ultimus inscribitur:

1177

P A T R I S T I C I

1178

tur: *Sermo cancellarij ad clericos. Job. Gersonem* designari vix dubium est. Thema praefixum illud *Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno &c.* Acris investiva in Cleri mores. Ita, postquam electiones sui temporis non *canonicas* sed *caninas* dixisset, infert: *Canes dum nihil habent inter se ad diuidendum pacifici sunt si autem proiciantur inter eos ossa statim oblatrant et se ad inuicem dilaniant. sic canonici quando non uacat ecclesia pacifici sunt. sed uacante canes sunt accusat alter alterum &c.* Executiat, cui uacat, Editionem *Gersonis*, dictam *Dupinii*; mihi quidem *Sermo* nondum editus uidetur.

CCC.VII. g. 21.

569 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 169. 4. sat bene scriptus et rubricis distinctus Συτάγμα quoddam offert Theologicum e Sacris Literis et Dictis PP. praecipue *Origenis*, *Cypriani*, *Job. Chrysostomi*, *Ambrosii*, *Hieronimi*, *Augustini*, *Cassiodori*, *Gregorii M.*, *Isidori*, *Bedae*, *Alcuini*, *Haymonis* conflatum. Praefixit illi Compiler ignotus tres illos *Prologos*, quos *Zacharias Chrysopolitanus Concordiae* suae *Evangelicae* a nobis *Codd. CVI.* et *CVII.* relatae praemisit, quorum unica in *Codice* inscriptio: *De excellentia quatuor euangeliorum edita a patribus.* Correctius hic eos exaratos, quam quidem in *Bibl. PP. Lugdun. T. XIX.* p. 732. editos manifestus

sub ipsum initium error declarat; pro edito enim: *intensione*, *sive*, rescribendum e *Nostro: intentione, sine.* Ne vero quis ex his *Prologis* illico concludat Opus ipsum ad *Zachariam* referendum esse, obstat illud, quod *Prologi* nullum omnino cum Opere nexum habeant, et quod Compiler per decursum bis inter alios Autores ad *Zachariam* provocet, ut suo loco dicetur. *Prologos* porro excipit *Nota* de Anima Christi unita Divinitati, in qua: *Multi ergo asserunt. ut alcximus in libro de trinitate ad karolum. animam christi tantam scientiam de omnibus habere. quantam diuinitas ipsa habet. — Aliis uero non uideatur &c.* et mox totius Compilationis Οικονομία, quam adscribo: *Prima Pars continet de Patre et Filio. de angelis. de adam. de fide antiquorum. de prophetis. de apostolis. Secunda de intellectu scripturarum. de diapsalmate. de obelo et asterisco. de diuitibus. Tercia de sacrificiis paganorum et nostris. de baptismo. de uiuentibus ex oblationibus. Quarta de incommodis que propter peccata eueniunt. de ipsis peccatis. de iuribus iurandis. de testimoniis. mendaciis. furtis. negotiationibus. de auaricia. usura. que liceant. que non. de honesto. et inhonesto opere. De confessione. de remissione. de quibusdam mundanis. Quinta de potestate ligandi et soluendi. de pastoribus. et doctoribus. de ordinatione. de doctrina domestica. de hereticis. de excommunicatione. qui tolerandi sint. qui non. de synagoga et hebreis. de ecclesia*

E e e e 3

ecclesia